Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xvij

Ego Radulphus sancte Georgij ad velum aureum diac. card. SS.
Datum Verone per Manum Alberti de Romana eccle pbri
Cardinalis et Cancellarij SS. Septimo kls Iunij Indictione
quinta incarnationis domini anno millesimo centesimo octuage-
simo septimo SS. Pontificatus vero dni Urbani pp tertij anno
secundo SS.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto in xpo filio
Illustri viro L. Marchione Salutem et apl̃icam bnedictionem
Devotionem tuam per dilectum nrum Conradum Salzeburgensem
archiepm et latorem p̃sentium Oblatam fidelem tuam plenius cognovi-
mus desiderijs pene benignitate in tuitu acquiescimus et
beati Augustini ecclesiam a nobili te tua devotione oblatam
sub defensione tua suscipiens eam apl̃ico p̃vilegij robore
munimus. Sed et in alijs in xpo tuis demus possumus te tuis
beati petri filium volumus honorare. Ideo ego dilecte in domino
fili et bona permitas melioris exitus p̃sequi studeas p hoc
em et apud homines gloriam et apud omnipotentem dnm p̃mium digne
recipias. Dilectam filiam nram A. uxorem tuam et A. Mar-
chionem cum ceteris filijs tuis in dno salutamus ac benedicimus.
Datum p̃sto tertio kls Apl̃is. Alia eiusdem Innocentij pp
secundi ad breve ad dignitatem Marchionis de obitu
Leopoldi eius mariti Consolatoria.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecte in xpo filie dignite
te viri quondam Leopoldi Marchionis et filijs eius Sa-
lutem et apl̃icam benedictionem. Indulta morte nobilis viri
Leopoldi mariti tui humanitatis ratione tanto amplius do-
lemus quanto ipum utpote devotum petro nobisque devotum in
vita sua affectione patrum diligimus. De cuius nunciata obitu
habita certitudine eidem auctoritate apl̃ica absolutionem
fecimus et pro anime sue remedio in nostris orationibus omni-
potenti dnm deprecamur. Prudentem nobilitate vestram apl̃ice
sedis visitantes rogando monendum ut pro eo qd tam de
profundo viro dnica prudentia filiis est dolorem
tristitiam sup tristitiam non addatis. Ipsum tam matre
erga filios qm filij erga matrem omnimodam dilectionem
atq reverentia studeant exhibere et in pace et concordia
omnes vivere dubium qd modice res concordia crescunt magne
vero discordia dissipantur. Et aut eiusdem viri

Data primitus Iodoci

Breve Innocentij pape sub quondam Leopoldo Marchione ad Dilectum

Data Verone

Aliud breve Innocentij pape sub agnitione obitus quondam Leopoldi Ducis